

IMPERATORUM.

169

Quid autem de hoc Æliano habes? Quid de Victoria aversa? An tantæ hic five fortitudinis five fortunæ, ut Victoriæ credi possit obtinuisse? Eutropius satisfaciens, respondit DULODORUS. Ita de Diocletiano: *Rerum potius, inquit, cum tumultum rusticani in Gallia concitassent, & factioni suæ BACAUDARUM nomen imponerent, Duces autem haberent AMANDUM & ÆLIANUM &c.* Nihil hic de Victoria, inquit ARCHÆOPHILUS, potius in sequentibus de clade docemur; Ita enim persequitur author: *ad subigendos eos Maximianum Herculeum Cæsarem misit, qui levibus præliis agrestes domuit, & partem Gallie reformavit.* Idem sane & Orosius, & Mamertinus in Panegyrico asserunt. Idem, respondit DULODORUS, & Victor; sed id ipsum, quod causa fuerunt, ut Maximianus Cæsar cum exercitu contra eos mitteretur, evidenter utique arguit, eos ante ejus adventum per Gallias victoriosè grassatos, adedque causam Victoriæ gradientis sufficientem dedisse: Sed rem aperte Victor: *Ubi Diocletianus comperit, Carini discessu ÆLIANUM Amandumque per Galliam excitatâ manu agrestium ac Latronum, quos Bagaudas incolæ vocant, POPULATIS LATE AGRIS, PLERASQUE URBES TENTARE, Maximianum Imperatorem jubet.* Quid videtur, ARCHÆOPHILE? annon ex his constat de causa Victoriæ gradientis, cum tamen à discessu Carini Anno VC. 1037. ad Maximianum contra se missum, quod anno 1039. factum est, impune se extulerint? Sed

ALLECTUS



Nos vocat. Hæc Numismata, inquit ARCHÆOPHILUS, in Continuatione memorasti, sed non publicasti. Tunc non aderant, respondit DULODORUS, memoravi autem ex aliis authoribus. Si aliis jam vulgati sint, reposuit ARCHÆOPHILUS, quid opus ea repetere? Differant, respondit DULODORUS, & quidem effigie Allecti: Ubiunque ea prostat, barbâ promissâ, & in acumen desinente conspicua est, in propositis autem promissa non est, sed in altero lanuginosa, in altero horridiore rotunditate malas ambit, ut ita vel inde Numismata hæc imperii initio percussa ritè statuam, reliqua autem in quibus barba longior, in progressu & circa finem, interpositò scilicet aliquot annorum spaciò, ut barba eam in longitudinem, quâ in aliis visitur, crescere potuerit. At, inquit ARCHÆOPHILUS, si rectè memini, Patinus pacem arbitratu Allectum, quam ambiebat, habere non potuisse, quod statim oppressus fuerit? Tertiò imperii annò demum oppressus est, respondit DULODORUS, adedque Pacem eòsque luculentam habuit. Cum enim vires Imperii, tam maritimas, quam terrestres, obtineret maximas, Britanniamque à prædecessore robustissimè vallatam milite numerofo tueretur, quidni pacem imperii speraret à quibuscunque, cum tamen eandem ab Imperatoribus Romanis obtinuisse & Carausium meminisset? Si ita se res habeat, exceptit ARCHÆO-

(Y)

adscri-
merito
etiano
propo-
tinere.
stanus,
e No-
at Ho-
autem
n post
parbus
PHI-
Ni-
nervat
gypto
vifere.
quid
RUS;
quan-
lirep-
alias
rebel-
lieno
apud
o, in-
grios
altes
, sed
e ju-
os: id
tan-
eun-
anti-
pon-
abet,
pro-
sub
US,
præ
, vel
HÆ-
rino.
etur
i ad
atur?
eria-
pote-
dem
US,
Quid